fidem facere volentes presentibus ac futuris per hec scripta significamus, quod fidelis noster Heinricus de Corun quoddam predium septem | mansorum emit in villa Rubene pro centum marcis ab Heinrico de Bolin et contulit illud beate Marie in Cella pro remedio anime sue ac filii sui iam rebus humanis exempti. Super hec omnia scire 5 nichilominus convenit, quod in prefata villa Rubene predicta ecclesia, priusquam donationem dictam susciperet, tres mansos et quadrantem possederat, quos emit a Burchardo de Veste pro viginti sex marcis heredibus suis consentientibus. Hec autem peracta sunt Ozcethz sub abbate Ludegero coram nobis et testibus idoneis, quorum ista sunt nomina: Gerhardus abbas de Volkolderode et Kunemundus monachus suus. 10 Bertrammus prepositus Wrcinensis. Lutherus, Luprandus, Wipertus canonici Misnenses. Hildebrandus capellanus. Wrezlaus filius regis Boemie. Heinricus prefectus de Donin et filius eius Otto. Hartmannus de Louedeburg. Arnoldus de Mildenthene et alii quam plures. Processu vero temporis Heinricus de Bolin cum heredibus suis propter habundantem cautelam Wizenvils nono kalendas iulii bonis predictis renuntiavit in presentia 15 nostra et sub testimonio virorum probabilium, qui sunt subscripti: Hermannus de Louedeburg. Heinricus comes de Stalborhc. Heinricus prefectus de Donin. Albertus prefectus de Aldenburg. Heinricus de Veste. Otto de Lichtenhagen et frater eius Ekehardus de Thuchere et alii multi. Ceterum Reinhardus de Wachowe prefatum cenobium in bonis pretaxatis molestare cepit, quam causam in audientia nostra Grimmis ventilari 20 contigit et terminari, ita ut Reinhardus omni querimonie, quam habuit adversus monachos Cellenses, abrenuntiaret et hoc sollempne factum cum fratre suo Godeboldo in provintiali placito nostro Colmiz publice recognovit. Huius rei testes sunt: Vlricus prepositus Wrcinensis. Heidenricus et Euerhardus canonici Misnenses. Vlricus notarius noster. Albertus prefectus de Aldenburg. Albertus prefectus de Dewin. Heinricus de Corun et 25 frater eius Volradus. Vvlcherus prefectus de Cice. Vvlferus de Pesne. Wichnandus de Nonewiz. Sifridus de Mugelin. Sifridus de Wezeleswolde. Gerardus, Rûdegerus, Heinricus fratres de Regensberg. Herbordus et filius eius Heinricus de Wrcin. Ut igitur hoc totum, quod supra memoravimus, ratum et inconvulsum iugiter permaneat, paginam inde conscribi et eam sigillo nostro insigniri fecimus. Acta sunt hec in provintiali placito nostro 30 Colmiz sub abbate Gerhardo anno ab incarnatione domini M̊ CC̊ XVIIII, indictione VII, septimo idus ianuarii. (S.)

261.

Landgraf Ludwig bestätigt zugleich unter Zustimmung seiner Mutter den Kauf eines Waldes bei Martinroda, welchen das Kloster Ichtershausen von Gotelind und ihren Söhnen erworben hat.

35 **Erfurt, 1219 April 17.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Das zerbrochene S., an grünen und weißen Wollfäden, = Taf. XII. 3. Phot. H. St. A.

Gedr.: Michelsen, Ueber die Ehrenstücke und den Rautenkranz 40.

⁝In nomine sancte et individue trinitatis.⁝ L[udovicus] dei gratia Turingie langravius 40 Saxonic|que comes palatinus omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus tam presentis |